Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25955
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Iussit ihc discipulos suos ascendere in naviculam.

Omelia lectionis eiusdem.

Verba huius lectionis
euangelice subtili considerazione discutere uelimus.
in ea profecto magnum erga electos suos dominę pie
tatis respectum inuenimus? qd uidelicet eos nunq
in temptationib deserat nec plusq possint sustu
nere temptari illos aliqndo permittat. Sic cum
olim presens discipulis suis in fluctib maris pericitantib
clementer subuenire ñ distulit/ sic nec cotidie electis suis in hoc
mari magno & spacioso laborantibus periculis miserendo & inuisibi
liter se opponit. dum eos a procella temptationum grauium in cubiculum
erripit & ad portum quietis & tranquillitatis perducit. Si hi nimi
rum consolationem dni & [illegible] adiutorium in temptationib
experiri merentur. qui [illegible] ei ad hec que in hac lectione euangli
ca iubet & consulit obtempare minime. Iussit ihc discipulos suos
ascendere in naviculam & precedere eum trans fretum. Et discipulos dni
hoc in loco nos ipsos possumus accipere. & omnes quoq; expiano
censemus nomine/ per naviculam autem presentis ecclę congregatio.
seu quelibet bona & spiritalis intelligi ualet conuersatio. Ipsis q
discipulis suis. illis dico qui sub disciplina ei uiuere decreuerunt
hanc intrare iubet naviculam. bonam uidel & spiritalem uitam/ & pre
cedere eum trans fretum. idem transitoria cuncta despicere. morta
litatis suę angustias qua in hoc mundo oppimuntur per mortalitatis desiderium transire. Si quamdiu saluandus quisq; dnm hoc
modo precedere transfretum debeat. subsequens litera demonstrat.
Donec dimittat turbas inquit. Turbas dns tunc dimittit peculiaribus. quando omnis electus cessabit turbatio. Si quando hoc
erit nisi dum presens uita finitur. & ad altitudinem celestis glę homo per
ducitur. Quamdiu q in hac mortali carne uiuit dns cum turba